



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Honor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

ciè interfecit, non tenetur restituere. *P. N. l.*
2. c. 3. nu. 419. *ex communi.*

Homicidium casuale ex ludo licito non gi-
gnit irregularitatem. *Nau. conf. 3. de homic. ex c.*
Ioannes de homic.

*Honor, vide Homicidium, Vana
gloria.*

1. **H**onorem, & laudem, si debeantur, opta-
re, peccatum non est.

* *D. Thom. 2. 2. q. 131. art. 1. Caiet. ibid. Naua. c. 23.*

Addit. § Si appetatur honor ex, vel ob m. p. si
in honore vltimus finis ponatur, si cum m. p.
quaratur, scelus lethale est. *Tol. de septem p. m.*
c. 24. *vide Nau. l. c.*

2. Honoris insignia sumere sibi, modo non
cum præiudicio alterius, licet.

*Hora Canonica, vide Beneficium,
Oratio.*

1. **A**D Horas Canonicas, seu officium diui-
num non tenentur Religiosi non pro-
fessi nec professi, nisi sint in sacris, aut choro
destinati. Quidam tamen, & Moniales, & eos
omnes qui non sunt in sacris, obligatione li-
berant: quod non est vsu receptum. Nec Cleri-
cus, qui nec est in sacris, nec habet beneficiū.
Nec is cuius sanitati obest recitatio: nec qui i-
urgente negotio est impeditus; nec qui sine

N 4 nota